

I V S T I L I P S I
A D L I B R O S
H I S T O R I A R V M
N O T A E.



... possim exerceere, prout et
iam. Exinde **A N T V E R P I A,**

Apud Christophorum Plantinum.

clo. 1o. Lxxxv.

A M P L I S S I M O
E T N O B I L I S S I M O
V I R O

A N D R E A E D V D I T H I O

dedicat

I. L I P S I V S.

FAMA egregiæ virtutis & doctrinæ tuæ latè fusæ, beniuolentia in me illustri testimoniio ostensa: ea me impulerunt, Vir Germaniæ tuæ clarissime, vti Commentarios hos meos, siue Notas verius, luce illustrare in nominis tui. Nec magnum hoc quod adfero, fateor: sed in scriptorem tamen magnum, cuius veras intimasque virtutes pauci æstiment aut capiunt, nec nisi initiati melioribus doctrinæ & sapientiæ sacris. Ac volcbam sanè atq. etiam debebam ista paullò vberius: sed vt verbo dicam, valedictio & otium mihi parum velificata ad hunc effectum. Illa aduersa: hoc in cottidianis occupationibus & turbis exiguum, imò nullum. Ita ignoscendum mihi, si hæc non ad superioris mei Commentarij exemplum. Quod à te, spero, facilè impetrabo, vir non tantum optime & doctissime, sed (quod ex his fontibus manare certò scio) etiam humanissime. capiesque benignè munus siue libationem horum fructuum: quos si non vbertim, tamen nouiter protulit ingenij nostri ager. Et protulit per æstatem hanc benè turbidam: vt mirari nihil sit, si læti parum aut percocti. Non enim metus iam discriminis, sed ipsum capiti nostro imminet: quod forti tamen (audeo apud te dicere) & crescita ceruice possim excipere, paratus ad omne siue exsiliū siue existium. Et si cedere mihi opus: non trepidè nec indecorè cum hoc vulgo id faciam, sed sensim recedam, quod dicitur, & saluis Constantiæ meæ signis. quod si cædi etiam frat sanè, si deo ita visum. Epis dñe A'w'z, xvj M'sl'z
Xroclay p'v' d'w'z, Cray d'z. Vale.

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM I. HISTOR.
N O T A E.



E.R.V. Galba iterum T. Vinius Coss.] Vulgo appellant T. PAG. 14L
Junium. At mihi religio non facit sequis scripturam antiqui
marmorū erat ad radices montis Caly:

SER. GALBA. II. T. VINIO. COS.

à quo præsertim staret Plutarchus, qui sere hunc hominem Tēto
Olear, aut Ovānum appellat. Simile mendum in Suetonū Ang. cap.
XXVI. ubi T. Junius Philopœmen scribitur, qui ex Dionē cīt
Vinius, et Appiani scriptura firmat vulgatam. Sanè Junia gens
nobilitior, quam ut in hunc hominem conueniat: cutiu pater dumta-
xat ex familia Praetoria, ut Tacitus infra refert.

Opus aggredior plenum variis casibus.] Parum firma aut germana lectio.
Nam Vatic. ille opt. opus aggredior opibus casibus, præferti: & suprà adnotatum, op-
imum. Et in Romano antiquitas excuso, item legas, opimum casibus. Censeam fuisse, opu-
lens casibus, qua vox paulo à vulgo seductior, exscriptores seduxit.

Perdomita Britannia, & statim missa cohorte in Sarmatarum ac Sueuo-
rum gentes nobilitatus cladibus mutuis Dacis.] In uscio aperto & confusione
locus. Quid enim illud, missa cohorte? Itane unius cohortū res fuerit, in Sarmatas ac
Suehos bellum? Nuga. Denique quia hic sermonis contextus aut cobasis, missa cohorte in
Suehos, Dacum cladibus inuolutum: qui populi sanè diversi. Omnino recte correxiū pri-
dem: perdomita Britania, & statim amissa, coöritē Sarmatarum ac Sueuorum gentes,
nobilitatus clad. mutuis Dacis: nec exiguo ad historiam momento. Discimus scilicet per-
domitam Britanniam (quod Domitianus imperio accidit: eamque laudem Agricola socero suo
nostrer tribuit, in eius vita: Britanniae situm non in comparationem curæ ingenique re-
feram, sed quia tum primum perdomita est) & mox ignavia aut disidio Principum amissam.
Cerit Sparianus auctor, sub principiis imperij Hadriani, teneri Britanniam sub Ro-
manā ditione non potuisse. Addit amplius, penetrasse eumdem Principem in Britan-
niam, nec tamen totam recuperasse, sed per octoginta quinque millia passuum murum duxisse
qui Barbaros Romanosque diuideret. Caius muri mentio etiam Dionī in uscio Commodi:
qđ, inquit, ērē rētō īnō (de Britannia loquitur) ἔτηφενταν τὸ τέλος τὸ διπίστρων
τάκτη ή, τὰ τὰ Παρμαγίας γεωργία. Alius ab isto mure, siue vallum possit, quod Severus
Imperator duxit per millia passuum XXXV. ut Eustrophus ait, siue, XXXI. vii. vii. id est.
De quo vallo diffuse & discribē Beda, lib. I. cap. 4. Aliquid etiam Windichindus Saxonico-
rum lib. I. At fons totius huius corruptionis (varie enim interpolatus locus) à ver-
bo coöritē artus: quod plerumque libri scripti in medio adspirant, cohorte, cohore.
Hinc turbella.

Hauſtæ aut obrutæ vrbes Fæcundissima Campaniæ ora & vrbs incen-
diis vastata.] Verius distinxeris, Hauſtæ aut obr. vrbes fæcundissimæ Campaniæ
ora. & vrbs inc. vastata. Id enim significat, in Campaniâ hauſtæ aut obrutæ vrbes prodi-
giosissimæ electione Vesuvij montis, que sub Tito. Qua dno opida cum pagis multu obruta,
Herculanium & Pompej, quin ille ipse Natura magnus mythes Plinius, perire eodem casu.
Statius de hac re eleganter:

Mira fides, credente virura ventura propago
Cum segetes iterum, cum iam hæc deserta virebunt,
Infrā vrbes populosque premi?

Tangit & *Plutarchus in ita qua Thespis reuelata, ubi Biōbior δεσμος appellat: quod male
interpretis Lesbium montem vertit. At quod in Tacito de incendio vrbus est: intellege, de
Capitolio exulto sub Vitellio, & de igne triduano, qui sub Tito. Dionem vide,

Aurocius in vrbe sauitum.] Recte. Imago enim sauitæ & diuina multa in insu-
lis & provinciis, maior in ipsa vrbe. Egregius sumen & acutus quidam iuueniū manuit,
in vrbe seruitum.

* Libello,
qđ, vñ vñ
qđ, vñ vñ
dñe nra
pñas.